

August Varenius

Augustus Varenius, SS. Theol. & Philos. D. Hebraicorum Professor. Ad Funus Senatorium ... Viri Danielis Brunen/ Senatoris Rostochiensis incluti quod parant, In Templo Marianno Vidua, Liberi & Generi moestissimi, Omnium ordinum Cives Academicos peramanter invitat. Conventus fiet in aede D. Mariae hor. 1. pom.

Rostochii: Kilius, [1652]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747416982>

Druck Freier  Zugang




Varenius, A.

in D. Brun.

R. 1652.

80



28.

AUGUSTVS VARENIVS,

SS. Theol. & Philos. D. Hebraico-
rum Professor.

AD FUNUS SENATORIUM
AMPLISSIMI VIRI

DANIELIS Brunen


Senatoris Rostochiensis incluti
quod parant,

In Templo Marianno

VIDVA, LIBERI & GENERI moestissimi,

Omnium ordinum Cives Academicos
peramanter invitat.

Conventus fiet in ecc. D. Mariae hor. i. pom.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILL, Acad. Typogr.

80



Eriūm tūm in totā hāc mortalitate, ubi mors semper ad latus est, tūm vel maximē in hujus mortalitatis termino, *immortalitatis anima*, ejusdēq; post vitā hanc, quæ est inter timoris & spei moras, conditionis scrutiniū. virū fortem decere, ne ipsis quidem Gentium illustribus dubitatum fuit: unde sicut apud sapientissimum *Senecam* malè audit *Mecenas* ob turpissimum votum: ita apud incomparabilem *Tacitum*, erudito insignis luxu, & *Neronianæ elegantiae arbiter* *Petronius*, qui crudelitatem *Neronis*, stimulante *Tigellini* invidia, illo ipso tempore, quo funus, ne dilatatum ludibrio damnanti esset, matura-
bat, jam venis incisus, & post obligationum vices, denuò apertis, jam *Cæsare* præsentē *Cumis*, nihil serium, nihil quo constantiæ gloriam peteret, dixisse, nihil de *immortalitate anima*, nihil de sapientium placitis, levia saltem carmina, facilesq; versus referentes audivisse, dicitur l. 16. *Annal.* Scilicet, ita decebat exigere vitam, *Consularem* adversipedem seu *Romanum Antipodem*, qui sicut in cursu vitæ illo erat peculiari, & perverso, quo diem per somnum, noctē officijs & oblectamentis vitæ transigebat, discretus genio: ita inversā quoq; abitionem paravit methodo, magisq; de ludicris, de *trulla murrhinâ* sollicitus: quàm de illâ, quæ in apice illo *consularis* dignitatis impurissimè vixerat, *immortali animâ*. Non tam abjecta mens *Thraseæ Pato*, magno & inter Romanos sapientes sancto viro, de cujus exquisitissimis, quæ sunt in *Tacito*, *Arriano*, *Dione*, laudibus, ut nihil in præsens deteratur, vel solum *Plutarchi* lib. Περὶ τῶν παρὰ ἀρετῶν ἐπισημάτων sufficit elogium & ab ipso Tyranno expressum novæ probitatis, constantiæ, gravitatis, in æquabili illo vitæ mortisq; tenore expressum testimonium. Νέρωσιν ὀλίγον ἔμπαρθεν ἢ κτείναι τὸν Θρασύαν μάλιστα φίλων καὶ φοβούμε-
νῶν

ἡ δὲ ὁμοῦς ἐγκαλεῦντός τις ὡς κακῶς κειμενίου καὶ ἀδικῶς εἶβου,
 δὴ μὴ ἂν ἔφη, Θεοσεύαν ἔτως ἐμὲ Φιλεῖν, ὡς δικαστῆς ἀρεῖς ἔστιν
 Hic insignis, & justæ libertatis vindex, cum jam
 esset indictum mortis arbitrium, illustrium suorum
 coetus frequentes egisse, Demetrio, Senecæ judicio, *Viro*
exacte sapientia, firmâq; in his, qua proposuit, constantia
L. de ben. c. 7. & ep. 63. & Cynica institutionis (quæ secta
 magni Lipsij judicio comm. in Tac. p. 445. tunicâ
 saltem seu nudiori & inverecondiori propositione distat
 à stoicâ) *Doctori maxime intentus fuisse dicitur:* Unde, cum
 exactor imperatæ mortis, *quæstor consulis ad Thraseam in hor-*
tis tùm agentem vesperascens jam die venisset, de naturâ anima,
de Spiritus & corporis dissociatione, inquirentem, seriâ pectoris &
vultus intentione offendit, ipse statim ab illâ meditatione,
immortalis animæ, cubiculum ingressus, Demetrio, Philo-
sopho, Helvidio Genero, ipsoq; Quæstore propius vocato,
spectantibus, incisus utriusq; brachij venis, sparsa humum super
cruore, inter ingentes, quos lentitudo exitus afferebat,
cruciatu ad Quæstorem, sive Helvidium: Libemus, inquit,
Jovi liberatori: specta juvenis, & omen quidem Dÿ prohibeant:
ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expedit
constantibus exemplis. Didicerat immortalitatem animæ
 tùm ab illo, quem memini Demetrio, qui ad Neronem
 mortem comminantem illam magni animi vocem edi-
 dit: *ὄ ἀπειλῆς μοι στένατον, σὶ ἢ ἡ Φύσις:* tùm, ab illâ heroinâ
 Pæti Arriâ, de quâ Martialis:

Castâ suo gladium cum traderet Arria Pato

Quem de visceribus traxerat ipsa suis.

Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit

Sed quod tu facies, hoc mihi Pate dolet.

Tùm ab illo, cujus ad mortem usq; constans admi-
 rator fuit, Catone, qui perseverum Uticæ, metu victoris
 Cæsaris depositurus spiritum, *mortem letus accivis:* nam

postquam, verba sunt Historici, filium comitesq; ab amplexu
 dimisit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortali-
 tatem anime docet, paululum quievit: tunc circa primam vigili-
 am stricto gladio revelatum manu pectus semel atq; iterum per-
 cussit, & secuta vi sanguinis moribundas manus in ipso vulnere
 reliquit. Neq; indigna est, quæ hic memoretur Hegesiae
 Philosophi historia, qui cum hujus vitæ mala & futuræ
 vitæ bona insigni facundiæ vi repræsentaret, innumeris
 appetendi per extemporaneas mortes, illius boni, cupi-
 ditatem ingeneravit, usq; adeo ut à Rege Ptolomeo ulte-
 rius de hac re prohiberetur differere. Uti in his Stoicis
 & à Cynicis tunica saltem distantibus damnamus illud
 Epicteti tritum: ἡνωικται ἡ ψυχη, quod jam ante damnatū Py-
 tagoræ Platoni, & Aristoteli, qui id non ἀνθρώπου: sed θεοῦ
 esse dicit, l. 3. Eth. ad Nicom. c. 7. ita velut γνωστὸν τοῦ Θεοῦ
 commendamus illā mortalitatis recordationem, & itatus
 immortalis post hanc vitam sollicitam meditationem.
 Errat enim vehementer Tertullianus, quando stoicorum
 celeberrimum Senecam hic Epicureum cornu inflare, & a-
 nimæ immortalitatem negare putat lib. de resurrect. car-
 nis. Audiamus quomodo suum polybium consoletur Seneca:
*Ne invidens fratri tuo: quiescit tandem liber, tandem tutus,
 tandem eternus est. Fruitur nunc aperto & libero celo: ex hu-
 mili, atq; depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solu-
 tas vinculis animas beato recipit sinu, & nunc liberè vagatur, o-
 mniaq; rerum natura bona cum summâ voluptate perspicit. Er-
 ras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. O-
 mnibus illud nobis commune est iter. Quid fata adestemus? non
 reliquit ille nos: sed antecessit. Quis unquam id dixit Epicuri
 de grege porcus? Nos, nullos dubitasse stoicos de illo,
 quod Græcus veteris Poët, versus exprimit*

ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρωσ ἢ ἀπὸ πάντων,
 πᾶσιμα γὰρ εἶναι Θεοῦ

&

& illud: *ἀπὸ τοῦ γὰρ γένεσθαι μὲν*, putamus. Sed quem locū exprime-
re nō potuit Seneca, & proinde dubius: *Quisquis ille locus*
est, sententiam dicit, nos ex fide dicere possumus, esse scil.
illum, illis qui sunt *τοῖς μὲν ἰσχυροῖς ἐν γένεσθαι* PARADISUM
Luc. 23. 43. Sinum Abrahæ Luc. 16. 22. in regno Christi
Luc. 23. 42. requiescere à laboribus SUIIS (hujus sc. vitæ
molestijs) Apoc. 14. 13. adesse apud Dominum 2. Cor. 5. 8.
esse cum CHRISTO Phil. 1. 23. neq; hoc saltem: sed &
FIDUCIA CHRISTIANORUM, RESURRECTIO
MORTUORUM, *quam velut ANIMÆ ANCHO-*
RAM habemus cutam ac firmam, & penetrantem eis τὸ ἰσώτε-
ρον τοῦ καταπέτασματ quod præcursor pro nobis ingressus est JE-
SUS, factus secundum ordinem Melchisedech pontifex in æter-
num Heb. 6. 19. 20. Atq; in hac mortalitatis notitiâ, im-
mortalitatis memoriâ, resurrectionis fiduciâ vixit, supre-
mumq; mortalitatis diem clausit, inclutus ac Amplissi-
mus hujus Reip. Senator DANIEL BRUN, felix vitâ,
felix morte. *Felicitas vita* fuit: Quod Patre LUDEVICO
BRUN, Cive quondam Sverinensi, & inter *τίκτονας*
Illustrissimorum Principum Meklenb. Magistro præci-
puo, & Matre ANNA Litzen 3. Septemb. ANNO
clō 16 LXXXIII. sit *natus* & ex aquâ & Spiritu *ren-*
atus. Successit quidem *adversitas*, acerbissima sibi vix præ-
textato PATRIS mors: at nec hic desijt felicitas: obla-
tis piè defuncto nostro 16. annorum adolescenti, non-
temnendis ministerijs Rostochij An. 1599. ex quo ejus in
expediendis negotijs fidem experti sunt *incluti Juris con-*
sulei BARTHOLDUS Kicheler / BERNHARDUS
Scharffenberg, Johannes Albertus Gryphius, apud quos ob
ministeria, & in illis *fidem ac taciturnitatē* liberalis illi ser-
vitus fuit, usq; adeò ut *jumnam ei pretium persolverent*: in-
de enim factum, ut non saltem ejus solertia & fidelitas
Eminentissimis Viris innotesceret: sed & ut Anno 1610.

28. Januar. florentissimam ætatis ac virtutis deceribus virginem
DOROTHEAM SCHMILOVIAM Eliæ Schmilovij, Civis olim Rostochiensis. primarij, Filiam, pactis Sponsalibus
SPONSAM acciperet, & consumatis nuptijs 24. Septembri
Anno 1610. domum duceret. Vidimus hæctenus felicem
piè defunctum ad Chûppam usq; , quàm ex præscripto Poë-
tæ tempestivam μή τριήκοντα ἔτων μάλα πολλ' ἀπολείπων habuit
& inqvâ ἴμιον γάμον, ac ἀμίαντον κείτην adusq; funeralem diem
in unius amplexu conservavit, eo quoq; nomine felix, si

Felices ter & amplius

Quos irrupta tenet copula, nec malis

Divulsus querimonijs


Supremâ citius solvit amor die.


Videamus reliquum felicitatis cursum. Uti opes violentæ, vana titulorum pompa, pecunia, semper ab amplissimo quoq; & clarissimo contemnitur: ita oblata ab Eminentissimis gloria, vel virtute comparata licitè accipitur, ubi sanctè apud Deum deponitur. Est autem gloria laus rectè factorum, magnorumq; in Remp. fama meritorum, quæ cum optimi cujusq; tum etiam multitudinis comprobatur testimonio, dicente Cicer. Phil. 1. atq; hujus honoris Spectaculum in publicâ panditur muneribus. Videamus ergo qualem se hîc noster Defunctus dederit. Ab Illustrissimis Ducibus Mecelburgicis & Visitoribus, Oeconomia Eccles. Rost. præfectus 17. April. Anno 1617. per 23. annos incredibili fide munus id sustinuit, non sine memorabilibus reddituum incrementis, quæ sensit Rev. hujus Rostochij ministerium: muneri munus additum 8. Maij Anno 1620. solemniter auctoritate illi demandatum est Registratoris, quod vocant, officium, quo jam substitutus per aliquot annos præclare functus erat. Neq; hîc substitit felicitas munerû: sed Anno 1632. Martij Præfectus Ecclesia S. Nicolai: anno 1635. 31. Junij auctoritate statuum Provincialiû Secretarius & The-
sauru.

Saururus provincialis Anno 1638. 24. Febr. SENATOR
 ROSTOCHIENSIS per honesta superiorum suffragia
 est proclamatus; in quâ *Senatoriâ* dignitate qualem se ges-
 sent. novit *Rostochium*, novit *provincia tota*, & *utraq. aula* :
 neq; hîc testes defunt legationes, quibus defunctus est,
 quas inter illa, infelix Legato, Danica, ad Serenissimam
 Danorum SOPHIAM anno 1621. ubi furente Aquilone
 à Falstrixæ litore ad nostrum Warnemiundense relatus na-
 vim fregit, ipsus *σάφης ὡς δὲ ὕδατος* uvida vestimenta in ta-
 bulâ suspendere potuit: sed superstitionis loco *Gratias*
potenti maris Deo egit. Feliciores deputationes successerunt
Francofurtana Mæni, in negotio vectigalis, Anno 1634. 9.
 Julij: & plurimæ, quibus jam inde ab anno 1626. hâc in
 provinciâ bono *hujus Civitatis & Nobilitatis* illibatâ laude,
 felix lætusq; laborum, præfuit. Vel unum Archivum hu-
 jus civitatis, quod 7. annorum patientiâ, labore, sudore,
 & non indecoro pulvere sordidus in luculentam redegit
 consonantiam, clamitat, quantum illi Curia debeat. *Feli-*
licitas fuit munerum: sequitur *conjugij*. Quæ autem hîc ma-
 jor optari potest, quàm CONCORDIA & BENEDI-
 CTIO DIVINA: utramq; expertus est noster *παλαετι-*
της. Donatus, diviso æqualitèr numero 4. filiorum & 4.
 filiarum: sed nulla sine *adversitate felicitas*, & tamen in *ad-*
versitate quoq; *aqualitas*: ecce enim geminum par DANIEL
 & ANNA: CHRISTIANUS & CATHARINA
 JUSTINA in *tenero flore* abscinduntur mortis falce. Vi-
 vunt tamen in immortale decus patris *Reverendus & Cla-*
riſſimus Vir LUDOVICUS in Daniâ Concionat. aulicus:
Joachimus, ærarj provincialis Theſaurodochus: DOROTHEA
Reverendo Viro M. RUNGIO Pastori Eccles. Gertzopiensis in Hol-
ſaciâ, ELISABETHA, *Extimo Viro Warnero Rôhlſtern Civi*
Rostoch. felici Hymenæo junctâ: in his ergo *vixit post fata*
super-

superstes. Felicitates vita vidimus : supersunt mortis : hujus
 equidem felicitatem obnubilavisse videri possent, infir-
 mitates, variaq; quæ per aliquot annos corpus validum,
 alioquin & solidum affligerunt, & per proximum ferè
 annum lecto ferali affixerunt, morborum symptomata
Tenesmus inprimis & *hematorrhea*, *Pleurites* item & *xano*
somaxia, quorum morborū *comitia* indixit sine dubio ma-
 gnus septentrionis IMPERATOR SCORBUS, qui
 in illis ipsis superiori septimanâ tum vehementer reme-
 git, ut, quam semper meditatus erat piè defunctus mortē,
 illam propediem subeundam ostenderit. At felicitatis
 hic fuit, quod impavidum mortis pectus *Generalissimus* ille
 Scorbustus cum pallidâ militum suorum cohorte ferierit,
 quod tantò appetentior dissolvi & cum JESU CHRI-
 STO esse, & *maxime* fuerit, quod verâ in Redemptorem,
 MORTIS, INFERNI, AC DIABOLORUM TRE-
 MENDUM DOMITOREM ac hoc tempore *trium-*
fali in celos ascensione gloriosum DOMINATOREM fide
 22. Maij circa v. mat. exactâ hujus vitæ, quam mortalis
 vixit 68. annos 37. Sept. 3. dies, fabulâ, piè, placideq; ad
 immarcessibilem gloriam & æternantem cœli vitam
 abiverit : *Ite exequias Senatorias frequentes*, omnium ordi-
 num Cives Academici, & inter eundem meditamini il-
 lud Stoicorum : TOTA VITA DISCENDUM
 EST VIVERE ET MORI. P. P. RO-
 STOCHII sub Sigillo Univerfit. die
 29. Maij. Anno 1652,

os(o)so








& illud: *ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ* *ἑστῆς* *μεν*, putamus. Sed quem loc
mere nō potuit Seneca, & proinde dubius: *Quisqu*
est, sententiam dicit, nos ex fide dicere possumus,
illum, illis qui sunt *τοῖς ἀποστόλοις* PARAD
Luc. 23. 43. Sinum Abrahæ Luc. 16. 22. in regno
Luc. 23. 42. requiescere à laboribus SUIIS (hujus
molestijs) Apoc. 14. 13. adesse apud Dominum 2. C
esse cum CHRISTO Phil. 1. 23. neq; hoc saltem
FIDUCIA CHRISTIANORUM, RESURR
MORTUORUM, *quam velut ANIMÆ AD*
RAM habemus eut am ac firmam, & penetrantem eis
ἐν τοῦ καταπέτασματ *ἑ* quò præcursor pro nobis ingress
SUS, factus secundum ordinem Melchisedech pontifex
num Heb. 6. 19. 20. Atq; in hac mortalitatis noi
mortalitatis memoriã, resurrectionis fiducia vix
numq; mortalitatis diem clausit, inclutus ac A
mus hujus Reip. Senator DANIEL BRUN, fe
felix morte. *Felicitas vite* fuit: Quod Patre LUD
BRUN, Cive quondam Sverinensi, & inte
Illustriſſimorum Principum Meklenb. Magistro
puo, & Matre ANNA Litzen 3. Septemb. A
clo 16 LXXXIII. sit natus & ex aqua & Spir
sus. Successit quidem *adversitas*, acerbissima sibi
textato PATRIS mors: at nec hic desijt felicita
tis piè defuncto nostro 16. annorum adolescen
temnendis ministerijs Rostochij An. 1599. ex qu
expediendis negotijs fidem experti sunt *incluti*
sulti BARTHOLDUS Kicheler / BERNHA
Scharffenberg, Johannes Albertus Gryphius, apud
ministeria, & in illis fidem ac taciturnitatē liberali
vitus fuit, usq; aded ut *jammum ei pretium per solve*
de enim factum, ut non saltem ejus solertia &
Eminentissimis Viris innotesceret: sed & ut A

A 3



the scale towards document